

Sermo

*Summa delectatio
divina respice*

usque ad possessum societatis angelice. et istud est lumen honorabile usque ad principium hereditatis eterne. et hoc lumen est quietantium. Dico quod primo exaltat quod usque ad aspectum visionis divine. Quod quod sublime est istud videre illam sapientiam summam que lumen est omnium rationum. Et videre bonitatem illam que finis est omnium actionum. Ad hanc enim visionem sequitur perfecta delectatio. et summa cum delectatione fruitio et omnium desideriorum quietatio. Impossibile enim est lumen pulcrum videre. et non perfecte diligere propter quod Augustinus dicit. quod visio est tota merces. et plena beatitudine. Et plures quidam ait. Tam delicata est divina visio tantoque amore dignissima ut quidquam haberi possit. illa non habita non faciet hominem beatum sed miserum. et propterea dicit Isaias. Ecce intelliget huius meus. ecce visio et exaltabitur. ecce dilectio et elevabitur. ecce honoris adeptio. et erit sublimis valde. ecce omnium desideriorum quietatio. quid istis dulcius si enim sic delectat aquila in visione solaris rote. quantum delectatur avis in visione diurne substantie. que aquilam fecit et solem. Currit aialia post pantheram ut eius odore et pulcritudine fatientur et aie non deficiet propter dulcorem summum delectabile preemplant.

Secundo exaltat humilis usque ad consortium societatis angelice magnum hoc et honorabile valde angelis in celestibus consedere. Unde dicit Ecclesiastes. Sapiens humiliati exaltabit caput illius et in medio magnatorum consedere illum faciet dominus. Exaltem eum in ecclesia plebis et in ca. seniorum la. eius. Si magnus est ad mensam nunc sedere cum milite comite vel barone. quid est ad mensam sedere ubi consistat omnes reges esse. et summum bonum omnibus ministrari. et propterea dicit Ecclesiastes. In medio populi sui exaltabit et in multitudine electorum habebit laudem. et inter benedictos benedicetur.

Tercio vero humilis exaltatur usque ad principium

hereditatis eterne. Unde dicit in psalms. Custodi viam eius et exaltabit te in hereditate capias terram. Quia domini quam custodiendam esse docet humilitas seculi. cui terra viventium reddenda est Mattheus. v. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Ita tamen quod quanto hic est humilior tanto ibi erit sublimior Mattheus. xxi. Quicumque se humiliaverit sicut puerulus iste hic est maior in regno celorum Rogemus ergo etc.

De eadem dominica sermo. Lj.

Publicanus alon ge stans nolebat oculos ad celum levare Luc. xvij. secundum Bernardum sicut colligitur ex evangelica parabola nihil est quod sic valeat ad promerendam gratiam ad gratiam augmentandam. et ad gratiam conservandam. quod si inveniatis omnino alatum sapere sed timere. Nam quod phariseus altum sapuit dignabiliter corruit. et quia publicanus humilia de se sensit misericordiam invenire meruit. mirum quod de se totum sensit quod est necessarium peccatori ad deum redire volenti.

Nota quod quatuor sunt peccatorum necessaria que a publicano in themate sunt expressa. pudor macule timor offense. dolor culpe. desiderium venie. Notatur pudor macule cum dicitur. publica. alon. etc. Secundo timor offense. cuius additur. nolebat oculos ad celum. Tercio notatur dolor culpe. cuius subditur. percipiebat pectus suam. Quarto notatur desiderium venie. cui subinfertur. deus propicius est mihi peccatori. Primum igitur quod est necessarium peccatori iustificari volenti est pudor de macula. Nam quod publicanus se maculosum sive sordidum agnoscebat. et imaginem suam sedatam esse cernebat. propterea a longe stabat et appropinquare deo multo distans non audebat. timebat enim si appareret ne rigorose repelleretur. Unde et magdalena ob hanc causam non ad faciem domini accessit. sed postea ad pedes se posuit.